

Glossa hic nomine redituum intelligit etiam stipendia quotidiana clericis ex Beneficio debita.

Clerici salva esse debet honesta sustentatio:

Ne in opprobrium proprii Ordinis clerici mendicare cogantur; et ideo ex Iure Canonico eis conceditur *beneficium competentiae*.

Beneficium competentiae clericorum in eo consistit,

Quod clerici obaerati per carceres aut censuras non possunt cogi ad eorum debita solvenda, ultra quam facere possunt, salva eorum congrua sustentatione, dummodo idonea cautione saltem per iuramentum caveant de solvendo ubi ad meliorem fortunam devenerint.

Privilegio competentiae clerici fruuntur, licet bonis cesserint, et probabiliter etiamsi in contrahendo debito huic privilegio renunciaverint:

Quia privilegium competentiae concessum est in favorem totius clericalis Ordinis.

Clerici privantur privilegio competentiae

Si debita negaverint, si debita descendant ex delicto, vel quasi delicto, si sint suspecti de fuga, et si eorum creditores egeant magis, quam ipsi clerici.

Novatio est

Modus, quo facto hominis obligatio perimitur.

Novatio contingit

Quando una obligatio in aliam convertitur, sive iisdem manentibus personis, sive alterutra earum mutata.

Novationis effectus est

Ut per eam prima obligatio perimatur omnino cum iuribus sibi adiunctis, hypothecae aut fideiussionis aut privilegii, et nova consurgat, ita ut ad antiquum debitorem non detur amplius regressus.

Acceptilatio est

Modus, quo facto hominis obligatio perimitur.

Acceptilatio significat

Acceptum habere, et debitum ita remittit ac si eius solutio per creditorem accepta fuisset.

Acceptilatio sive condonatio quae expresse fieri potest,

Est remissio facta per verba.

Acceptilatio quae tacite fieri potest,

Est remissio quae ex factis creditoris, voluntas ipsius remittendi debitum evidenter resultat.

De bonorum ecclesiasticorum alienatione.

Actus quo dominium rei de uno in alium transfertur. *Alienatio in genere est*

Actus quo dominium, vel possessio rei ecclesiasticae extinguitur vel minuitur. A Doctoribus alienatio latiori quodammodo accepta sensu, definiiri potest

Si ius quod in ipsam habet Ecclesia extinguitur. Alienatio *propria* est

Si ius quod in ipsam habet Ecclesia, tantum minuitur ut locatione. Alienatio *impropria* est

Nam publice interest, ut necessaria ad divinum cultum, stipendia clericorum et subsidia pauperum perpetuo conserventur ad Ecclesiam, quae perpetua esse debet. Alienatio bonorum ecclesiasticorum generaliter est prohibita.

Liquet ex ipsa rubrica tituli Decretalium, *De rebus Ecclesiae alienandis vel non.* Alienatio bonorum ecclesiasticorum generaliter est prohibita.

Omnia bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet. Alienatio bonorum ecclesiasticorum quandoque est permissa.

Res quae alienatur, et actus alienationis. Bona ecclesiastica ad effectum alienationis censentur

1° Res immobiles natura, ut templa; res immobiles ex dispositione legis, ut iura. 2° Res mobiles pretiosae quae propter artem, pretium, antiquitatem aut reverentiam Deo, Sanctis, aut benefactoribus debitam, aliquem particularem splendorem, vel utilitatem ipsi Ecclesiae afferunt, vel afferre possunt. In alienationibus prohibitis duo, consideranda sunt, nempe: Propter rem ipsam alienari non possunt:

Illi, per quos plenum rei dominium ab Ecclesia dimittitur; illi per quos minus plenum rei dominium ab Ecclesia in alium transfertur; illi per quos utrumque dominium minuitur; et illi per quos bona Ecclesiae laicis subiiciuntur. Actus qui prohibitam alienationem continent, sunt semper

Gregorius IX decrevit: *contractus omnes etiam iuramento vel alterius cuiuscumque firmitatis adiectione* Alienationes bonorum ecclesiasticorum tam pro-

pter rem ipsam quam propter actum alienationis prohibita, ita fieri nequeunt, ut si fiant sint nullae et irritae ipso iure pro utroque foro, saltem post iudicis sententiam.

In alienationibus Ecclesia si laesa sit non obligatur;

Ecclesia si laesa sit potest venditionem nullam habere et rem venditam, restituito pretio accepto, repetere, vel venditionem per superiorem ratam habere, si ex ea utilitatem percipiat:

Ex facta prohibita alienatione, duae pro Ecclesia oriuntur actiones, scilicet:

Actio rei vindicatoria ad hoc tendit,

vallatos... et quidquid ex eis secutum fuerit, adeo viribus omnibus carere, ut nec ius aliquod tribuant nec praescribendi etiam causam parent; et Paulus II pariter constituit, ut alienationes huiusmodi *nullius omnino sint roboris.*

Ex quo sequitur, emptorem rei ecclesiasticae teneri pretium solvere, quin allegare possit emptionis nullitatem quia debet sibi imputare si cum inhabili ad contrahendum contraxit.

Quia Ecclesia fruitur iure minorum, qui legibus, tum antiquis tum modernis, hoc privilegium habent; quod Synodus Ancyrana ab antiquis expresse probavit in alienationibus factis, Sede Episcopali vacante, quarum constituit in iudicio futuri Episcopi pretium recipere, vel res ipsas male alienatas repetere.

Una rei vindicatoria contra possessorem et alia personalis contra male alienantem.

Ut res male alienata a quocumque possessore restituatur Ecclesiae cum fructibus ex ea perceptis et exstantibus, et si fuerint in mala fide percepti, cum omnibus omnino fructibus etiam consumptis et cum accessionibus et melioramentis, salva tamen emptori actione contra Rectorem male alienantem, si ipse in bona fide fuerit.

Actio personalis contra male alienantem tendit ad hoc

Ut idem bonis suis damnum Ecclesiae illatum reparet, qui si mori contigerit, eadem actio contra haeredes dirigitur.

Principalis poena contra male alienantes est

Praeter nullitatem contractus et rei restitutionem excommunicatio, quae ab antiquissimis Canonibus statuta est, et postea renovata et confirmata fuit a Paulo II, qui sic sancivit: *Tam qui alienat, quam is qui alienatas res et bona praedicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat.*

Nisi cum alienatione coniungatur bonorum ecclesiasticorum usurpatio a Tridentino damnata.

Quia Paulus II poenam irrogat contra eum tantum qui *alienare praesumpserit*, quod importat dolum, malitiam, aut temeritatem.

Nam Symmachus Papa ait: *Nisi forte et alienator et qui acceperit, celeri restitutione sibi prospexerint.*

Interdictum ab ingressu in Ecclesiam et suspensio ab administratione Officii et Beneficii in spiritualibus et temporalibus, si per sex menses in interdicto, animo indurato, perseveraverint.

Privatio Officii et Beneficii, ita ut ipso facto vacare censeantur illa beneficia, quorum bona sui Beneficiati male alienaverint.

Privatio officiorum et inhabilitas ad illa, et privatio vocis activae et passivae.

Usurpantes et sequestrantes bona et redditus ecclesiasticos, necnon invadentes, et usurpantes terras et loca ad Ecclesiam Romanam pertinentia.

Excommunicatio contra male alienantes non est reservata,

Excommunicatio contra male alienantes et recipientes bona ecclesiastica, non incurritur ab ignorantibus et ab alienantibus bona fide, nisi ignorantia sit crassa aut supina

Excommunicatio contra male alienantes aut recipientes bona ecclesiastica, non incurritur per alienationis contractum, etiamsi rei traditio fuerit subsequuta, sed tantum per notabilem rei ipsius retentionem.

Poenae contra clericos maiores male alienantes vel recipientes bona ecclesiastica sunt:

Poena contra clericos minores male alienantes vel recipientes bona ecclesiastica est:

Contra Regulares male alienantes vel recipientes bona ecclesiastica, poenae ipso facto incurrendae ex decreto generali Urbani VIII sunt:

Nuperrima Bulla Apostolicae Sedis Pii IX, ius novum in alienationibus bonorum ecclesiasticorum introduxit, et sub excommunicatione, Papae speciali modo reservata, plectit

Bulla *Apostolicae Sedis* sub excommunicatione latae sententiae ac nemini reservatae plectit Praesumentes alienare, et recipere bona ecclesiastica absque Beneplacito Apostolico ad formam Extravagantis *Ambitosae* Pauli II, de bon. Eccl. non alienandis.

Extravagans *Ambitosae* Pauli II infligit ipso facto incurendas, Praeter excommunicationem, alias poenas, interdicti, suspensionis, privationis beneficii, vocis activae et passivae, et inhabilitatis ad officia et beneficia.

Pius IX, qui confirmavit excommunicationem latam contra alienantes, non confirmavit alias censuras et poenas latas a Paulo II, in eadem a se citata Bulla. Quia est clara et aperta novae Constitutionis dispositio, qua decretorie abrogantur omnes censurae praeexistentes, vel eisdem derogatur, si et in quantum non appareant, in ipsa nova dispositione renovatae et confirmatae: ipse Pius IX, confirmavit excommunicationem Pauli II, sed siluit de interdicto et suspensione. Ergo hae censurae latae sententiae ab ipso iure impositae videntur dicendae abrogatae.

Aliae poenae a Paulo II in sua Bulla inflictae, videntur in suo robore subsistere. Quia hae poenae, uti sunt privationes Beneficiorum et officiorum, inhabilitates ad illa et amissio vocis activae et passivae, simpliciter poenae sunt et non censurae, ad quas tantum respicit Bulla novissima Pii IX.

Alienationes bonorum ecclesiasticorum permittuntur, Nam possunt esse permittuntur natura sua, et permittuntur fieri poterunt per observatas iuris solemnitates.

Permissa est alienatio rerum ecclesiasticarum, quae natura sua servando servari nequeunt. Quemadmodum sunt fructus arborum, vinum, oleum; quae si clericorum culpa perirent, in eos ad damni compensationem actio daretur.

Omnes res aestimantur, quae servando servari nequeunt. Quae ad biennium aut triennium non durant, vel quae usu consumuntur, vel non fructificant. Paulus II ait: *quae servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia.*

Permissa est alienatio Episcopo rerum immobilium inutilium aut exigui valoris. Cuiusmodi sunt domus, quae in quibusdam urbibus non modica impensa sustentantur, ut terrulae ac vineolae, quae Ecclesiae minus sunt utiles.

Iuxta caput: Terrulas, dicendae sunt res exigui valoris. Quae ex consuetudine vel ab Episcopi iudicio determinatae sunt.

Imminentis et praecisae necessitatis Ecclesiae cui alio modo auxilium afferri nequeat, et aliunde tempus non detur recurrendi ad Summum Pontificem. Permissa est alienatio rei immobilis in casu

Res Ecclesiae fuerunt relictiae sub expressa vel tacita conditione liberae alienationis. Permissa est alienatio rei immobilis in casu quo

Quoadusque Ecclesiae de novo plene incorporata non fuit res, ut contingit in emphyteusi, quae statis temporibus renovatur; quia res semel effecta alienabilis, semper talis remanet. Permissa est alienatio rei immobilis ab antiquo alienari solitae,

Nam in iure locatio conductio ultra triennium reperitur prohibita. Permissa est locatio conductio rei ecclesiasticae ad triennium.

In qua iusta intervenit causa, et solemnitates observantur a iure praescriptae, sed ad hunc effectum duae praedictae conditiones copulative, regulariter requiruntur. Ob observatas iuris solemnitates permissa est alienatio

Necessitas Ecclesiae, utilitas eiusdem, et pietas. Ad alienationem rerum Ecclesiae, causa iuxta triplex designatur, scilicet:

Ut si Ecclesia aere alieno gravata vel subita reparatione indigens aliter nequeat creditoribus satisfacere, vel ruinam avertere. Prima alienationis iuxta causa est *necessitas* Ecclesiae,

Veluti si eiusdem res immobilis distrahatur ad aliam meliorem et utiliore comparandam, sed haec utilitas debet esse certa in praesens et evidens. Secunda alienationis iuxta causa est *utilitas* Ecclesiae

Ut si res Ecclesiae venundentur ad redimendos captivos, aut ad alendos pauperes in extrema sive extraordinaria necessitate constitutos, ait S. Ambrosius: *melius est vasa viventium servare, quam metallorum.* Tertia alienationis iuxta causa est *pietas*,

In consensu et subscriptione Capituli, sive Rectoris illius Ecclesiae, cuius bona distrahuntur, in consensu Episcopi diocesanis, et maxime in Beneplacito S. Sedis. Solemnitates a iure in rerum ecclesiasticarum alienatione praescriptae, consistunt

Omnino est necessarium et antiquo fori usu receptum, et alios defectus sanat. Unde ad formam huius Beneplaciti alienatio componenda est et non ad formam supplicationis S. Sedi praesentatae. Ad alienationem Ecclesiae rerum, Beneplacitum S. Sedis

Quia S. Sedis Beneplacitum probari debet, nisi Regulariter Beneplacitum S. Se-

dis non potest praesumi:

tempus excedat centum annorum vel saltem hominum memoriam superet.

Quando contractus fuit Ecclesiae favorabilis, vel inter diversas Ecclesias stipulatus fuit post lapsum quadraginta annorum

S. Sedis Beneplacitum praesumi potest, modo tamen ex scripturis et instrumentis non appareat praedictas solemnitates non fuisse servatas.

Beneplacitum Apostolicum praecedere debet rei alienatae traditionem.

Alias poenae male alienantium incurruntur, quia Beneplacitum S. Sedis constitutum est ad formam et complementum alienationis, sine quo alienatio foret attentata et nulla.

Beneplacitum Apostolicum praecedere potest vel etiam subsequi alienationis contractum,

Modo hoc secundo casu apponatur in ipso contractu clausula, *salvo beneplacito Apostolico, nec alio modo*, et rei possessio ante obtentum Beneplacitum in acquirentem non transferatur; si ita fiat, nullae incurruntur poenae, quia alienatio perfecta non fuit.

Beneplacitum Apostolicum concedi solet in forma commissoria, nimirum:

Dataria Apostolica, sive S. Congregatio Concilii, sive alia Congregatio Episcoporum et Regularium, Ordinario dioecesano facultates opportunas et necessarias concedit, ut tamquam S. Sedis delegatus alienationem permittere et probare possit.

Quoniam causae cognitio sumi potest extrajudicialiter, necessarium est ut executor Beneplaciti S. Sedis bona alienanda verificet, causas alienationis serio et sollicite examinet, et testes et probationes diligenter discutiat.

Nam si commissarius, sive executor, ob gratiam, timorem, spem vel lucrum alienationi iniustae consenserit, incurrit in suspensionem ab officio per annum si sit Episcopus, et in excommunicationem si sit clericus minor; quam excommunicationem etiam ille contrahit, qui *dolo vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarum alienationem fieri procuravit aut per sordes vel impressionem, alienationis decretum extorsit*; et Paulus II sancivit ut omnes teneantur ad damnum Ecclesiae illatum reparandum. Bull. *cum in omnibus*.

Notandum dignum est, quod Summus Pontifex

Alienationes bonorum ecclesiasticorum, etiam sacrilegas, ad religionis necessitati succurrendum et ad fidelium conscientias tutandas, quandoque elementer sanavit.

De peculio clericorum.

Quasi sit *pusilla pecunia*.

Peculium sic dictum

Pecuniam, quam filius-familias a paternis rationibus separatam retineat.

Peculium iuxta Romanorum leges significat

Ad illam pusillam pecuniam aliamve rem denotandam, quam clericus habuit ab Ecclesia, vel fructibus bonorum ecclesiasticorum sibi comparavit, cuius, ut servus aut filius familias, non est dominus absolutus, cum debeat, quod suae superest honestae sustentationi, in pauperes erogare aut Ecclesiae restituere.

Nomen peculii Ecclesia adoptavit

Nempe: patrimonialia et ecclesiastica.

Clericorum bonorum duorum generum esse possunt:

Quae in privato clerici patrimonio sunt.

Bona patrimonialia sunt

Quae illi ab Ecclesia proveniunt.

Bona ecclesiastica sunt

Patrimoniale et ecclesiasticum.

Duo sunt peculia clericorum, nimirum:

Omnem pecuniam et omnia bona comprehendit, quae clericus habet ab Ecclesia, ad cuius respectum clericus semper consideratur ut filius familias, quia bonorum sibi ab ea provenientium absolutus dominus numquam fit.

Peculium ad mentem Sacrorum Canonum acceptum,

Quae ab Ecclesia, sive a Beneficio ob ipsius titulum Beneficii percipiuntur.

Bona mere ecclesiastica dicuntur

Fructus quos natura simul et hominum cultura producit.

Fructus industriales sunt,

Fructus quos occasione Beneficii ratio civilis instituit.

Fructus civiles dicuntur,

Alia sunt necessaria ad sustentationem Beneficiati et alia superflua.

Inter bona mere ecclesiastica

Victum, vestitum, habitationem et hospitalitatem ad normam Sacrorum Canonum, non solum erga pauperes et peregrinos, verum quoque erga alios extra-

Sustentatio Beneficiati comprehendit: